



In his calidissimis locis generantur bestiae malae diversi generis: satyri, basilici, aspidēs et serpentes, simiae, pigrāgones, coppini, inter quae communia sunt dracones, sicut Raphael angelus relegavit Asmodeum in desertum superioris Aegypti, Tobiae VIII. Ibi dicitur esse quaedam fera Coothephas, quae quidem corpore est modica et membris iners atque pigra, caput habens valde grave, propterea semper defert illud in terrae superficiem inclinatum, quod autem natura salutis mortalium est provisum, tantae enim est venenositatis et perniciē, quod nullus eandem in faciem inspicere potest et vivere, sed statim primo intuitu inspiciens expirat, sicut et de basilisco dicitur. Ibi generantur simiae diversarum specierum.

In illo deserto superioris Aegypti loca sunt metallorum feracitas, ex quibus magno cum labore et impensa aurum educitur, ad quod Aegypti reges mittunt homines crimine damnatos vel ex hostibus captos aut ex regum ira incarceratos, ut ibi operentur fodiendo. Ad hoc enim desertum relegatum fabulantur poetae Epimetheum pro eo, quod primo finxerit statuam hominis ex luto, quapropter iratus Jupiter eum in simiam vertit et huc locavit, a quo simiae sunt generatae. Vide supra fol. 18. Hic psittaci crescunt propter loci siccitatem, vide supra.

Aegyptus inferior describitur.

Aegyptus inferior est illa regio, de qua communiter scripturae loquuntur, quae quidem deserta esset sicut superior, nisi Nili beneficio foecundaretur. Est autem illa regio fere triangula, duobus lateribus aequalibus, tertio breviorē, et in his tribus angulis civitates tres, scilicet Lacis, Babylonia et Alexandria, et volvitur angulus de Lacis per Babyloniā usque in Alexandriam, et inde iterum in Lacis nonginta quinquaginta milliaria. Adjacentes autem regiones sunt Syria ab ortu, Libya ab occasu, ab aquilone mare magnum, a meridie Climax mons, ut supra patuit.

De hac Aegypti regione, ut dixi supra fol. 126. loquuntur mira et poetae et naturales et theologi, et mirabilia in ea ab eis que gesta referunt. Haec regio ab initio, ut tradunt antiqui, mare fuit, quod protendebatur in Aethiopiā olim usque, tandem

194

192

198

188

203

183

243

143

293

093

Ende

Anfang